

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Mulieris famam, non formam, vugatem esse oportere. Emblema CXCVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Mulieris famam, non formam, vulgatam esse oportere.

EMBLEMA CXCVI.



DIALOGISMVS.

A LMA Venus, quam haec facies? quid denotat illa
 Testudo, molli quam pede Diua premis?
 Me sic effinxit Phidias, sexumq; referrè
 Famineum nostra iussit ab effigie:
 Quodq; manere domi, & tacitas decet esse puellas;
 Supposuit pedibus talia signa meis.

COMMENTARIJ.

- I. **V**ENVS nuda, cum suo Cupidine solitis armis instructo, iuxta lectum genitalem astat, pede vno testudinem premens.
- II. **TITVLVS** huius Emblematis sunt
- verba Euripidis, vt testatur ipse Alciatus in l. bro de verb. signific. Sed & illa habet Plutarchus in eo, quem de mulierum virtutibus scripsit libello; sic enim ibi: $\pi\epsilon\pi\iota\delta\epsilon\tau\eta\varsigma\ \gamma\upsilon\nu\alpha\kappa\alpha\tau\epsilon\tau\eta\varsigma\ \delta\upsilon\tau\eta\tau\omega\ \theta\epsilon\kappa\upsilon\delta\iota\delta\eta$
- Titulus Emblematis.*

ἰδίῃ γνώμῃ ἔχομεν. ἢ μὲν γὰρ, ἢς ἀν
 ἰλαχιστος ἢ παρὰ τοῖς ἰκτὸς φορῶν ὄρε
 ἢ ἰταίης λόγος, ἀρίστην ἀποφαίνεταί κα-
 δάπερ τὸ σῶμα καὶ τὸ νομῶ τῆς ἀγαθῆς
 γυναικὸς οἰόμενος δεῖν κατὰ κλεισον εἶναι
 καὶ ἀνιδροξον. ἡμῖν δὲ κομφοτερος μὲν
 ὁ Γοργίας φαίνεται, κελύων μὴ τὸ εἶδος,
 ἀλλὰ τὴν δόξαν εἶναι πολλοῖς γυναικῶν
 τῆς γυναικός. Id est: Longe aliter ego de
 mulierum virtute sentio quam Thucydi-
 des. Is enim eam in primis laudandam esse
 mulierem vult, de qua minimus aut in
 bonam aut in malam partem rumor. Ete-
 nim censet optime ut corpus, ita & famam
 sapientis saxina domi esse inclusam, neq;
 in publicum exire debere. At mihi hac in
 parte concinnior videtur Gorgias, qui mu-
 lieris non formam, sed famam vult multis
 esse notam. Hæc Plutarchus. De ipso verò
 Emblemate Pausanias in Eliacis postero-
 ribus sic scripsit: Area templo sacrata sub
 diuo, non longè abest. Quæ ibi colitur,
 Cœlestem Venerem vocant. Eius ex auro
 & ebore signum est, Phidiæ opus: altero
 pede testudinem premit. Area ipsa mace-
 tia est circumseptæ, intra maceriam crepi-
 do, super qua Veneris (quam Popularem
 nominant) lignum ex ære capro insidet, ex
 eadem fabricato materia, Scopæ opus. Quæ
 vel testudinis, vel capri ratio sit, quibus
 hæc persecutari curæ est, querendum re-
 linquo. Hæc Pausanias, qui nobis indicare
 noluit, quare testudinem calcaret Venus.
 Quare Plutarchum ad eam, ex quo to-
 tum Emblemata sumptum videtur. Is igitur
 in præceptis connubialibus refert, Phidi-
 am Eliensibus Venerem ita finxisse, vt
 testudinem calcaret: tacite significans, vx-
 ribus domi manendum esse, silendumq;
 Refert Stobæus sermon. 72. Hoc etiam a-
 galma Phidiæ eodem penè modo lepido
 Emblemate expressit Hadrianus Iunius,
 rarissimum Gallix Belgicæ decus: pingit
 enim recto corporis statu mulierem, dex-
 tra clauium falcem præ se tenentem, læua
 orti opposita, qua specie Angeronia Dea,
 silentij præsul obsignato ore figurabatur
 apud præscos. Quibus indicat ternas præ-
 cipuas vxoris doctes, nimirum residem do-
 mi suæ operam, deinde mariti industria
 quæstiarum opum custodiam, postremo
 linguæ continentiam. Est autem numero
 50. cum inscripitione, Vxorix virtutes.
 Testudo premitur pede, clauem dextra re-
 tentat.

Vacat obstruendo dentium septo alsera.
 Nec vaga discurset conuix, neu futilis est.
 Ipsamq; cura opum tuendarum addeci.
 Idem Iunius Emblemate 24. pingit Ve-
 nerem nudam, seruo myrteo redimitam
 interuentibus rosis, casto, hoc est, baltheo
 vario & pulcherrimo infra pectus ambi-
 te, dextra tenentem tria mala aurea, læua
 columbam, pedibus testudinem calcantem
 symbolicè nuditate simplicitatem & aper-
 tum pectus vxoris demonstrat, per colum-
 bas puritatem & blanditias, per aurea ma-
 la (de quibus nos paulò ante Emblem.
 191.) casti amoris illicium, per cæstum
 coniunctionem deuinctionemq; amoris,
 per testudinem & silentium, & anxiam rei
 familiaris curam. E regione opponit Mi-
 neruam virginis specie, oculis acrisibus &
 glaucis, hastam dextra, clypeum læua te-
 nentem, cuius vmbro Gorgonis anguicomæ
 caput hastâ attingat; ita enim ferè à Pau-
 sania in Atticis, & à Cornuto depingitur.
 Epigraphe talis est: *Virginem pudicitia
 matronam domus satagere.* Epigramma
 vero:
*Cernuus armifera prabet draco colla Mi-
 nerua;*
Domiporta at exterit Venus testudinem;
*Virgo sui satagit decoris bene prouida: at
 vxor*
Frugi silet, usq; limen excedit domus:
 Proditum enim est à Plutarcho lib. de Isi-
 de, Phidiam, clarissimi nominis statuariū,
 finxisse Palladis simulacrum, pedibus dra-
 conem prementis; & alterū Veneris apud
 Eleos, pede calcantis testudinem; argumē-
 to in illa custodia sui, quæ virginē deceat
 (vt nos pluribus Emblemate 22. dixi-
 mus) in hac silentij curæq; rei domesticæ,
 quæ matronam deceat. Meminit etiam
 eiusdem Pierus lib. 28. Hieroglyph.
ALMA Venus Virgilius 1. Æneid.
*Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad
 vnam;*
 Venus amorum, luxuriæ, & libidinis fau-
 trix atq; magistra, eas enim prima & adiu-
 uenit & edocuit. Ideo in Deorum nu-
 merum relata, & mater geminorum Cu-
 pidinum dicitur De qua sic Mantuanus:
*Mater adulterij Venus est, stupriq; reper-
 trix;*
Quin & luxuria nutrit, & mater amorū.
 Nec vllum ferè nomen veterum Deo-
 rum maioribus sacris & caeremonijs, fie-
 rit.

Aliud eiusdem Emblema.

Emblema unde petitur.

Iunij Emblema.

III.

Venus.

quentioribusq; locis honoratum legitur. Colebatur & à Cois, vbi Apelles eius effigiem vsq; adeo feliciter inceptam, sed motiês imperfectam reliquit, vt deinde repetiri nemo potuerit, qui supremam manû tam egregio operi auderet imponere. Cic. lib. 3. Offic.

Testudo. *Quanam hac facies?* efficies, statua. *Testudo* à tegendo, vel quod testa tecta sit, ait Varro. Animal mutum, tardè incedens, nunquam domo sua egreditur, sed illâ vbiq; secum circumfert, vt habet apologus Aescopius de cochlea. Hinc Hesiodus, id est, *domiportam* appellat Hesiodus 2. *Épypov*. Cicero 2. de diuinatione ex Paucino citat hoc ænigmaticum:

Sanguine cassa, domiporta, terrigena traditur,

Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera.

Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci,

Eniscerata, inanimata, cum animali sono.

Et alius quispiam alludens ad nostrum Emblemata:

Tardigrada, herbigrada, demiporta, & sanguine cassa,

Sub pedibus Veneris Cois quam pixit Apelles.

Vide etiam Pettum Crinitum lib. 11. c. 7. Elegantissimum verò de Testudine ænigma aliquando legi Italico idiomate,

quod huc non grauaor apponere, vt varietas delectet.

Lo son magro di gola, ed hò il gauazzo.

Copro la testa, e non hò alcun capello.

Saglio in aria talhor, ne son augello.

Sono innocento, ed i poeti ammazzo.

Vo pe' campi, e sto sempre al mio palazzo,

Ch'è dipinto di fuor senza penello.

Non atiendo nè à guerra, nè à duello,

E com' un cana, ier m'armo e incorazzo.

Genero con lo sguardo i figli mei.

Pasco l'herbette, e pecora non sono.

Non son serpente, e n'hò la testa e i piei.

Vina mi taccio, e poi morta riseno.

Anzi nel tempo de gli antichi Dei,

S'vn Musico cantaua, io facea il suono.

Meco ho quant' hò di buono.

E talhor, poi che moro, il mio casino

Diuerza vn fiafoo, in cui non sta mai vino.

Aliud. Sed quia ad ænigmata diuertimus, vno & altero adhuc ænigmate nos testudinis tar-

ditas detinebit:

Tarda gradulento, specioso pradita dorso;

Docta qui dem studio, sed sauo pradisa fato:

Vina nihil dixi, que sic modo mortua cato.

Alterum de pluribus de se loquentibus:

Non tecis capimur, nunquam extra tecta

vagamur,

Quin etiã grata quo gerimur gerimus.

Nec vox, nec sine voce sumus, dum viuimus, edunt

Mortua concordas corpora nostra sonos.

Molli quam pede] delicatulo. Allusio Mulier

tacita ad mulieris nomen, quod à mollicie *unde di-*

ductum volunt. Ego potius à malitia, *ca. Sa.*

tiam repugante toto Grammaticulorum *senatu.*

Effinxit Phidias] Phidias pictor & sta-

tuarius insignis, præsertim ex ebore; à Plinio nominatur artifex nunquam satis lau-

datus. Hic præter Palladis & Veneris sta-

tuas, quas diximus, etiam effinxit Iouem

Olympicum tanto artificio, vt omnes se

imitari posse desperarent. De alijs operi-

bus præstantissimis repetere, quæ habet Plinius lib. 34. cap. 8. & lib. 36. cap. 5. In hoc

verò versu (vt obiter) nomen Phidias, for-

tè est dissyllabum, propter priorem longam.

Sexuq; referri Fœmineum.] Vcaus Venus?

pro vxore, amica, & matre familias alicu-

bi reperitur. Virgil. 3. Eclog. *vocabu-*

Parta mea Veneri sunt munera. *lum poly-*

Macrob. etiam Satur. 1. pro generandi fa-

cultate accipit, vt apud Pompeium Festum,

Cypris vel Cypria Venus, quia patienti-

bus præfideat, quòd Græcè *κύνει* parere

fit, vt alibi dictum.

Quodq; manere domi] agere quæ sunt

matris familias. Columella initio lib. 12. de

re rustica.

Tacitas] taciturnas.

Duo præcipuè sunt, quibus hoc lo-

co commèdat honestam matrem familias

Alciatus, silentium scilicet & familiarum

curatio. Vt enim nullum vitium citius

foeminam dedecorat, quàm loquacitas; sic

hæc probro solent affici, quæ hac illacque

curtant. De vtroque aliquid dicendum.

Quantum ergo attinet ad mulieris silen-

tium, Epicharmus aiebat sermonis parci-

tatem in muliere probitatis esse argumen-

tum: Nicostratus, castitatis pignus: Demo-

critus, ornamentum pulcherrimum. Illud-

que Sophoclis prouerbiale celebratur à

doctis:

yuua
silen

Contra ve
apud ve

cote alje
fulpectum

180. Qui
pudorem

nam, hoc
vt taceat

gim doct
mentum

tas & pe
Illa dem

cum ve
re suffian

non lapy
fit cor do

sua effia
quatur

palcho
lingua

re, si fo
peritur

ingua
tutam

rim, q
peffion

rem ve
dam i

foto o
miffio

ciuat
eloque

tes qua
& vniu

hac ve
liac ve

ipis va
vbi ling

no non
siste fo

va ca
v' p' p'

Pa' j' r'
v' m' o'

duy v'
v' m' o'

Meck
Quo

Quo
v' m' o'

v' m' o'

v' m' o'

v' m' o'

v' m' o'

v' m' o'

v' m' o'

v' m' o'

v' m' o'

γυναίξι νόστομον ἢ στυγὸν φίλον.
Silentium addit feminis decus.

Contrà verò, vt est apud Euripidem, quæ apud viros tacere non possunt, sese dedecore aspergunt. Silentium vxoris ego neq; suspectum habeo, neq; timeo (ait deslam. 280. Quintilianus) decet hoc matronalem pudorem: & si ducta fuerit ad magistratum, hoc illâ maximè facturam arbitror, vt taceat. Theano Metapœiing. vati & virgini doctissimæ, magnum fœminæ ornamentum esse placuit, silentium, quò castitas & prudentia suavissimè condiantur. Illa demùm fœmina facundissima est, cui cum verba erunt ad viros faciendâ, rubore suffundatur, turbetur animus, & verba non suppetant; quæ non fluxo & petulo sit corde, vt inter pares omnia, & aliena & sua effutiat, nihilq; pensû habeat, quid loquatur. Hæc quidem difficillima, sed & pulcherrima erit virtus fœminæ, coercere linguam, quod non erit operosum efficere, si se habuerit in potestate, ne quibusvis perturbationibus se permittat. Equidem linguam tum demum optimam esse armaturam cum Gellio lib. 1. cap. 15. crediderim, quando vinculis quibusdam in impectore gubernatur. Vide adagiû, *Mulierem ornat silentium*. Obseruatum quondam fuit, mulierem propriam causam in foro dixisse, ideoq; perterritum senatum misisse Deos consultum, quidnam ea res ciuitati portederet: ita exolâ fuit fœminæ eloquentia, ne dicam garrulitas. Nostrates quoq; fœminæ totam supellestem, & vniuersam armaturam in lingua habere; hæc vice scuti vtuntur *γλωσσόσπιδες*: hæc vt gladium stringunt, vnde sæpius ipsûs vagina, hoc est, os percutitur. Nam vbi lingua res geritur, ne septem quidem viri vni fœminæ pares sunt. De hac verbo sitate fœminatam scribit Iuuenalis Sat. 6. *Vna laboranti posuerit succurrere Luna,* *T. et pariter pelues, tot tintinabula dicas Puluari* - Et nos Germani: *Drey Vveiber, drey Gæns, drey Fræsch darbey,* *Machè ein Larmaryke mit irem geschrey.* Quod sic Latine sonat: *Rana tres, & anus totidè, tres insuper auca,* *Possunt immensum voce replere forum.* Sed quid mirum? Sunt enim fœminæ prima sua creatione ex olibus compositæ,

nempe ex costa Adæ: quare si colligantur costæ in sacco & collidantur, sonû edunt, quod non facit terra: ita mulieres sunt loquaciores viris, qui de terra facti sunt in Adamo. Veniam ad alt- rã partem, ad reâ domesticæ nimirum administrationem, de qua multa apud Plutarchum lib. de præceptis quibus coniuges iustituntur. Interea tamen alia adferam, & in primis id Columellæ è proœmio 12. de re rustica: Cum & operam & diligentiam ea, quæ proposuimus, desiderarent, nec exigua cura foris acquirerentur, quæ domi custodiri oporteret, iure à natura comparata est mulieris ad domesticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forissem & extraneam. Itaq; viro calores & frigora perpetienda: tum etiam itinera & labores pacis ac belli, id est, rusticationis & militarium stipendiorum distribuit. Mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curâda tradidit. Et quoniam hunc sexum custodiæ & diligentie assignauerat, idcirco timidiorem reddidit quam virilem. Nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. Plutarchus in præceptis conubialibus ait, mulieres à Luna oportere diuersas esse, quæ quo à Sole spectatur remotior, eò apparet esse elatior: eadem cû Sole nullum habere videret lumen. Nam vxor modesta & sapiens præseate tantum viro à ceteris conspici, eodem absente, domi se debet continere. Quod rectè in Heraclidis admonuit Euripides:

γυναίκε γὰρ σιγήτε καὶ τὸ σὺν ὀφθαλμοῖς καλλίσον, εἴπω δ' ἠσυχον μίμνειν δόμων.
Docuerunt etiam illud permulti, qui de economia & officio matrisfamilias scripsêrunt. Sed illud Propertij subinde occurrit: *Felix Admeti coniux, & lætus Ulyssis,* *Et quacumq; viri fœmina limen amat* - Sic Maro 2. Georg.

Castâ pudicitiam seruat domus. In lege vetere Romulî, vni confors mulier, sacrorumque focia. Dionys. Halicarn. *vi socia*. *nast. in 2. γυναίκα γαμήτην κατὰ νόμους ἱερῆς συνελθῆσα ἀνδρὶ κοινὰ ἰαγὰ πᾶτων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν* domina rerum mariti, diuini & humanæ domus: focia in l. ff. rer. amot. l. 1. de rit. nupt. l. 4. C. de crim. ex pil. heredit. Vnde matrisfamilias dicta veteribus *οἰκὸς ποίνα*. Clemèti Alexandrino, *ἡὲς οἰκουρίας συμ-* *Ggg 2 βιοτῆς*

Femina qua famulanda.

Lingua mulierû gladius.

Femina cui parat la.

Mulier à natura cura domestica data.

Pudica mulieris officium.

Vxor vni socia.

Βιοτης, adiutrix operum vel domestica. Valerius Maximus est testis, quosdam suas uxores repudiasse, quod cum alijs fuissent collocatae. Putabant enim non satis dignum matrisfamilias nomine, si in publico versaretur. Quamobrem Constantinus, l. Nemo, C. de off. diuer. iud. vetuit, ne materfamilias in publicum protraheretur, nempe ob verecundiam sexus, l. 2. §. 1. C. de his qui ven. etat. imp. Sed & mulieres virorum ceteribus immisceri non conuenit, ait Bonifacius, in c. Mulieres, De iudicijs, in 6. Succurrit exemplum nobile & graue imprimis Sulpicii Galli, qui uxorem dimisit, quod eam aperto capite foris versatam cognouerat. Lex enim, inquit, tibi meos tantum praefinit oculos, quibus formam tuam approbes. His decoris instrumenta compara, his esto speciosa, horum te certiori crede noticiae. Vltior tui conspectus superuacua irritatione accersitus, in suspitione & crimine subhaereat necesse est. Val. Max. lib. 6. cap. De seueritate. Aristoteles in Oeconomicis, ne vestium elegantiam nitoremque, nec auri pretium aut magnitudinem tantum habere momenti ad mulieris commendationem ait, quantum modestia valeat & probati mores. Hinc illud Propertij matronas veteres laudantis:

Sulpicij seueritas.

Locus Aristotelis,

Aegyptiae mulieres.

Pudica matrona epitaphium.

V. Briff. formul. fol. 796. & Embl. l. 2. iunij. & Tiraquel. leg.

Non illis studij vulgo conquirere amantes:
 Illis ampla satis forma, pudicitia.
 Porro didicimus ex veterum historijs mulieres olim testudineas imagines gestare solitas, quas Veneri consecrarent. Apud Aegyptios tanta fuit pudicitiae muliebris cura, ut patrio inuitato calceorum vltus esset interdictus mulieribus, ne tam sepe palam conspicerentur, sed tanquam testudines in sua cochela manere cogentur. Ex quo intelligimus, non postremam fuisse matronarum laudem, si domo non nisi necessariò excederent, operaque muliebria tractarent. Legi epitaphium quoddam vetus pudicae cuiusdam matronae Romanae, quod ita se habet:
 Hospes quod dico, paulum est, astra, ac polle.
 Haec est sepulchrum hanc pulchrum pulchrae foemina,
 Nomen parentes nominarunt Claudiam,
 Solum maritum corde dilexit solum.
 Quatos donos creauit, horum alterum in terra linguat, alium sub terra locat;

Sermone lepido, tum auctoris inaccessu commo-
modo:
 Domum seruaui, lanam fecit. Dixi. abei. fol. 259.
 Quae postrema verba mihi in memoriam veterum reuocet veterum morem, quo nouam nuptam in pelle lanata iuebant considerare: quo gestu polliceri videbantur marito, se adductas ad praestandam lanificij operam. Sed & hodie in plerisque locis Italiae postero die quam mulier est ingressa mariti domum, illi e geniali thoro prodeunti manè propinqui obuiam veniunt, eique offerunt fufum, colum, lanam, acum, forficem, omneque vas domesticum, ut cuiusque primum est; quò admoneatur officij mulieris, aequae non ad delicias, sed ad ea curanda, quae domi necessaria sunt & accommodanda, vocari statim intelligat. Aufon. Parentalib. in Emilia Aormia matre:
 Morigera uxoris virtus cui contigit omnis;
 Fama pudicitia, lanificaeq; manus,
 Coniugijq; fides. &c.
 Item in Veria Liceria:
 Huius si probitas, si forma & fama, fidesq;
 Morigera uxoris, lanificaeq; manus.
 Naumachus ita de officio matrisfamilias:
 λήπε δὲ οἱ τὰ δὲ * ἠφι τὰ καὶ δύναται,
 πονέσθαι,
 σοὶ δὲ τὰ οἰοφελὴ μελέτω, μετὰ πάντων
 φυλάσσει.
 μή δὲ μὴ ἐπιτενε, τὰ μὴ δεύεις ἐστὶ γυνὴ
 νακας.
 Relinquo illi (hoc est, viro) externa, qua consicere negotia potest,
 Tua cura sit rei familiaris, & custodia;
 Nec ipsum percontare de rebus, quas nefas est mulieres nosse.
 Egregiè ille quidem & veridicè: sed non illibenter adiungerem elogia longè praecleara bonae matrisfamilias apud paucos graphum Hebraeorum, nisi esset in omnium manibus; & quae de Aspasia retulit Aelianus libris historiae variae. Thucydides sic probam mulierem describit, de cuius laude vel vituperio minimus sit sermo. Lacedaemonij non ferebant uxores ab alijs laudari, quod oporteret illas solis maritis esse notas. Simonides uxorem laudat, quae si nullis est apicula, casta, frugalis, intenta operi, non vagabunda, fouens sobolem. Sic Laccrua quaedam captiua cum interrogaretur, quid bonae rei sciret? Probe, inquit, regere domum. Et haec non vulgatis ars est in muliere. Verùm quia contrarium oppo-

commod. fol. 259

Veterum ritus.

De Lutredia Ouid. 2. pastor.

pponitur
 tam cum
 Feminat
 Saita
 Quae
 si qui
 Cum en
 vega, g
 no in E
 ii. Qu
 tur, se
 frequer
 Hinc ill
 sedibus
 te
 Et illu
 tia fan
 Strobo
 Gach
 Lami
 Nec
 No
 Omni
 & ve
 curat
 lem
 uae. pin
 nite gao
 orant
 perit
 si qua
 diam
 illu o
 tuis,
 eta oc
 nunci
 la me
 potest
 la ab
 rumpit

De femi-
nis va-
gabundis.

oppositum contrario magis elucet, appo-
nam cuiusdam tetrastichon in quandam
Femina, qua loquitur multum, passimq;
vagatur,

Salvat & in cunctis desidiosa locis;
Qua; vel ignotos nimis ambitiosa salu-
tat,

Si quid agat, quarasi appetit illa mares.
Cum enim mulier sit mobilis, inconstans,
vaga, garrula, vana, bilinguis, teste Mantua
no in Buccol. plurimum desiderat euaga-
ri. Quod si huc illuc discurrere prohibea-
tur, fenestram certè, vt dilectam amicam,
frequentat & amplectitur diligentissimè.
Hinc illud:

Sedibus oculis meretricis vult nulla la-
tere.

Et illud, quod nobis Germanis inter dicte-
ria familiaria:

Stroh im schuech, spindel im sack, Huer
im haus,

Gucken immer dar her aus.

Latinè sic:

Nec fuscum succus, nec stramen calcens,
ulla.

Nec scortum potis est occuluisse domus:
Omitto iam perpetuum ornatum, faciei
& vestituræ compositionem, rerumq; for-
tuitarum appetitionem: quæ omnia diffi-
lem mihi & dubiam patiunt probitatis o-
pinionem. Hinc non queo satis mirari
quod plerq; feminae, quæ præ cæteris
ornatiores videri volunt, facie fucata su-
perbire soleant, ita vt naturalem formam,
si qua præstant, de industria inficiant. Au-
diamus de his D. Hieronymum epist. 8.
Illæ oculos Christianos scandalizant po-
tius, quæ purpurillo & quibusdam facis
ora oculosque depingunt; quarum facies
nimio candore deformes, Ægyptiaca ido-
la mentiuntur; quas nec numerus annorū
potest dicere, quod vetulæ sint, quæ capil-
lis alienis verticem struunt, & præteritam
iungetem in rugis anilibus poliunt. Eru-

belcat mulier Christiana, si naturam cogat
in decorem, sed carnis curam facit in con-
cupiscentijs. Idem quoq; D. Augustinus
admonuit, vbi dicit: Quanta amentia est
effigiem mutare naturæ, picturam qua-
rere? Tolerabiliora propemodum in adul-
terio crimina sunt: ibi enim pudicitia, hic
natura adulteratur. Et D. Ambrosius: De-
les, inquit, picturam Dei mulier, si vultum
tuum materiali candore obleuisti. Eodem
modo & olim Ethnici fucatas illas mulier-
culas deriserunt, vt ex Plauti Mostellaria
apparet, vbi sic:

Mulier rectè olet, vbi nihil olet.

Nam ista veteres, qua se unguentis uncti-
tant, interpoles,

Vetula, edentula, qua vitia corporis fucò
occulunt,

Vbi se sudor cum unguentis confociauit;
illico

Itidem olent, quasi quom unà multa iura
confundit coquos.

Hinc apparet liquidò, licet olim quoque
fucus muliebris vstitatus fuerit, tamen nū-
quam caruisse reprehensione. Optarem
illis fucatis idolis, & personatis mulierculis,
vt sæpe in conuiuium Phrynæum in-
troducentur, quod fuit eiusmodi. Phry-
ne (cuius etiam supra meminimus) fæ-
mina formosissima, vel vt quidam volue-
runt, scortum nobile olim apud Græcos,
in conuiuium quoddam, cui complures ade-
rant nobiles feminae, cum iuxta morem
ioci conuiualis, quod vnusquisq; faceret,
idem omnes læcte cogerebant; prior ma-
num bis aquæ immeritam admouit fron-
ti. Quoniam autem reliquæ erant facie fu-
co infecta, aqua per lituram fucorum de-
fluens, rugarum specie vultus omnium
deformabat, cum ipsa interim Phryne,
quæ naturali forma pollebat, speciosior
etiam appareret diluta facie. At nunc
ipsum pudicitæ exemplar Penelopæ
adeo.

Conuiuium
Phrynæ.

In fuca-
tas mulie-
res.

